



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

III. Kaiser Otto I. schenkt dem Stifte des h. Moritz in Magdeburg den Honigzehnten aus mehreren Gauen mit Ausnahme dessen, was den Heiligen in Brandenburg bereits verliehen worden, am 28. Juli 965.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Data Kal. Octobris Anno incarnationis domini nostri Jhesu Christi DCCCXLVIII. indictione VI anno vero regni domini Ottonis, invictissimi regis, XIII^{mo}. Actum Magadaburg, in dei nomine feliciter. Amen.

Nach dem Original. Neuere Handschrift: Privilegium Magni et Primi Ottonis de Brandenburg,

III. Kaiser Otto I. schenkt dem Stifte des h. Moritz in Magdeburg den Honigzchenten aus mehreren Gauen mit Ausnahme dessen, was den Heiligen in Brandenburg bereits verliehen worden, am 28. Juli 965.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Augustus. Si sanctis ac venerabilibus locis beneficia nostrae clementiae largimus, procul dubio praesentis vitae et aeternae sublementum adipisci non dubitamus. Ideo omnium sanctae ecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter nos pro amore dei animaeque nostrae remedio nostrorumque parentum ad ecclesiam sancti Mauritii in Magadaburg et coenobio fratrum in eodem loco deo sanctoque Mauritio devote famulantibus, donavimus omnem censum mellis nostrae Imperiali auctoritate pertinentem, in pago neletici in comitatu Bilingi comitis et in pagis, qui dicuntur siusilli et plonim totam decimam mellis seu ad nostram manum illam habuissimus sive alicui in beneficium concessum fuisset, similiter in pagis ita nuncupatis nicciti et spreuuae ex utraque fluminis parte, qui dicitur Spreuua, nec non et in lusici atque mrocini, et ex utraque parte fluminis, quod dicitur milda omnem decimam mellis nostrae Imperiali auctoritate pertinentem, seu ad nostram manum illam habuissimus sive alicui in beneficium concessum fuisset, excepto quam nos pro remedio animae nostrae Sanctis, qui sunt in Brandenburg, concessimus. Insuper etiam de urbibus ita nuncupatis Bridowi, mocornic, Cirtuua, burg, Grabouua, Tuchen, Bucouncili totam decimam seu ad nostram illam habuissimus, sive alicui in beneficium concessum fuisset, mellis ex nostro jure et dominio in jus sanctae Ecclesiae almi martiris Christi Mauritii atque ad utilitatem fratrum ibidem Deo sanctoque Mauritio famulantium, donavimus ut habeant, teneant, firmiterque possideant, et suis ut liberit usibus adjungant. Et ut haec nostrae auctoritatis donatio omni tempore firma stabilisque permaneat, iussimus inde hoc praesens praeceptum conferri, annullique nostri impressione sigillari manu propria subtus firmavimus. Data V. Kal. Aug. An. Dom. incarn. DCCCCLX. V. Indict. VIII, anno regni Otton. XXX, Imperii autem IIII. Actum Waluhufon, in domino feliciter, Amen.

Nach Lünig's Reichs-Archiv Bd. 10 S. 347. Vgl. andere Abdrücke in den Orig. Guelfic. IV, 557 u. Leuber 1604.

IV. Papst Johann XII. genehmigt nach Besiegung und Bekehrung der Wenden die Verwandlung der Klöster zu Magdeburg und Merseburg in Bisthümer und die Unterordnung der in den Wendenlanden zu errichtenden Bisthümer unter die Aufsicht des erstern, im März 962.

Johannes episcopus, servus servorum dei, reverentissimis (sic) confratribus archiepiscopis episcopis, abbatibus, monachis, primatibus, cuncto clero et populo in saxoniam, galliam, germaniam, bauariam